Omnipotens sempiterne Coll.
deus qui dedisti nobis
famulis tuis in confessione
vere fidei eterne trinitatis gloriam
agnoscere et in potencia maie-
statis adorare unitatem
quesumus ut eiusdem fidei firmi-
tate ab omnibus semper mu-
niamur adversis. Per. Ad Ro.
Lectio: O altitudo
divitiarum sapientie et
scientie dei: quam incom-
prehensibilia sunt iudicia
eius et investigabiles vie ei(us).
Quis enim cognovit sen-
sum domini? Aut quis consi-
liarius eius fuit? Aut quis
prior dedit illi et retribuetur ei?
Quoniam ex ipso et per ipsum et in ip-
so sunt omnia: ipsi gloria et honor in
secula seculorum. Amen. Gr.
Benedictus es domine qui intueris
abyssos et sedes super cherubin.
Benedictus es in firmamento celi et
laudabilis et gloriosus in secula. V.
Alleluia. V. Benedictus es domine deus patrum
nostrorum et laudabilis et gloriosus in secula.
Secundum Johannem.

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Cum venerit
paraclitus quem ego mittam
vobis. Require ante per ascensionem.
Benedictus sit deus pater unigenitusque
dei filius sanctus quoque spiritus quia fecit
nobiscum misericordiam suam. Secreta:
Sanctifica quesumus domine deus noster
per tui sancti nominis invocationem
huius oblationis hostiam et per eam
nosmetipsos tibi perfice
munus eternum. Per. Prefacio.
Qui cum unigenito. Benedicimus
deum celi et coram omnibus viven-
tibus confitebimur ei quia fecit nobis-
cum misericordiam suam. Postcommunio: Profi-
ciat nobis ad salutem cor-
poris et anime domine deus noster huius
sacramenti susceptio et sem-
piterna sancte trinitatis eiusdem-
que individue unitatis con-
fessio. Per. Feria iiii. Ad Cor.
Lectio: Fratres, Si Christus predi-
catur quod resur-
rexit a mortuis: quo-
modo quidam dicunt quod
in vobis resurrectio mortuorum non est? Si
autem resurrectio mortu-
orum non est: neque Christus resur-